

1339 : AWARD OF OWNERSHIP IN THE CA POLO \neq MARCO POLO
quam inferius in uno alio muro comuni huic proprietati & proprietati & alteri
proprietati siue hospicijs dictarum dominarum ffantine & morete. Ab uno suo
latere firmat tam inferius quam superius per totum in Riuo Et Ab alio suo latere
ffirmat tam inferius quam superius quam in medio solariorum in anditibus comuni-
bus huic proprietati & proprietati siue hospicijs dictarum dominarum ffantine &
morete vnde habet introitum & exitum. Et est sciendum quod anditus siue
porticus ex parte inferiori positus est comunis huic proprietati & etiam alteri
proprietati siue hospicijs que fuerunt domini mathey paulo maioris Et etiam in
primo solarario dictus anditus siue porticus est similiter comunis huic proprietati &
alteri proprietati siue hospicijs que fuerunt suprascripti domini Mathey paulo
Secundum quod continetur in sua diuisione. Et est sciendum quod curia puthey
Gradate latrine que sunt in curia Et in primo solarario scalle & janua magna posita
super callem sunt omnes comunes secundum formam suarum diuisionum Et semper
Reseruatis omnibus Juribus & Rationibus que & quas habent & habere possent
diuisiones ffacte inter condam dominum matheum paulo predictum seu eius
commissarios & dominum marcum paulo predictum Ac etiam saluis & Reseruatis
omnibus Juribus & Racionibus contentis in noticia aquisita per suprascriptum
dominum marcum paulo in proprietate siue hospicijs que fuerunt condam domini
Nicolai paulo minoris. Illam videlicet partem que est vnum hospicium in secundo
solarario positum a latere coquine in quantum ipsum hospicium comprehendit solar-
ium sub se Secundum quod Hec pars firmat Ab uno suo capite tam inferius quam
superius in muro comuni huic parti & proprietati siue hospicijs dominarum
ffantine & morete & Ab alio suo capite firmat etiam in muro comuni huic parti
& Reliquo dicte proprietatis. Ab uno suo latere firmat tam inferius quam superius
per totum in Riuo. Et Ab alio suo latere firmat tam inferius quam superius quam
in medio solariorum in anditibus comunibus huic parti & Reliquo dicte proprietatis
& proprietati siue hospicijs dictarum dominarum ffantine & morete vnde habet
introitum & exitum. Et est sciendum quod anditus siue porticus ex parte inferiori
positus est comunis huic parti & Reliquo dicte proprietatis & proprietati & etiam
alteri proprietati siue hospicijs que fuerunt domini mathey paulo maioris. Et etiam
in primo solarario dictus anditus siue porticus est similiter comunis huic parti &
Reliquo dicte proprietatis & proprietati siue hospicijs que fuerunt suprascripti
domini mathey paulo secundum quod continetur in sua diuisione. Et est sciendum
quod curia puthey Gradate latrine que sunt in curia Et in primo solarario/scalle &
Janua magna posita super callem sunt omnes comunes huic parti & Reliquo dicte
proprietatis secundum formam diuisionum Et semper Reseruatis omnibus Juribus
& Racionibus que & quas habent & habere possent diuisiones ffacte inter condam